

FLATUS CUPRESSORUM

Sandalia Naiadum

Sole occidente
sandalia aurea
sandalia purpurea
Naiades glaucae
in mari oblitae

Eas frustra
innumerabiles clamant
diei fatigati voces
qui nunc sub pinis sedens
cum silentio fraternitatem faciens
in sinu solitudinis
dormit cum sapore mollis pulchritudinis

(Parentii, 1963)

Piscatus

In immensitate crepusculi
sole occidente
mare plenum auro murmurat

Ecce piscatores
in navibus piscatum exeunt
et per totam noctem
vicini stellis erunt

Cras in oculis eorum
oblivio maris horrendi
clam lucebit

Praesensio atri silentii

Tantum tremor foliorum
et crocitus corvorum

Tantum flatus animae
nam umbrae descendunt
ut carpant flores timidos
in silentio convallium